



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Antonius Ep. 12. Februarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

108 VITÆ SANCTORUM. 12. Id
triumpharetur, incolumem cum fratre
domum ire à tribunali jussit. Sed nega-
vit illa pedem è pugnâ referre, negava
fratrem se agnoscere, qui non eundem
patrem (Deorum cultui abdictissimus
erat) Christum clamaret. Itaque lati-
mortis sententiâ virginis palmam invi-
tus judex cessit. Interea nunquam sa-
pius Superi VICTORIA M clamarunt.
Ex Surio.

*Nos qui ad incerta consurgimus, qui in-
ter insidias diem ducimus, qui horarum
varietates, momentorum motus, verborum
lapsus, actuum pericula sustinemus, quid
est, quod matutinâ prece totius dicti
custodiam nolumus postulare? quid est, quod
homini tuto tempore astare libet, Deo ne
puncto assistere libet?* S. Pet. Chrys.
serm. 34.

S. ANTONIUS EP. 12. Februarij.

Invidebis juventus suum ANTONIO
puerulo Doctorem. Hic, si nescis,
S. Spiritus erat. Hoc, neque alio magis-
tro primas ille literas didicit. Et vero
Minerval cælo dignum persolvit; sive
cum ludentis pueritiae societatem aversa-
tus viro digna puer egit, aras struxit,
aris thura, & quæ thure suavius olenit
apud Superos, preces dedit; sive cum
postea mundo totum fese surripuit. Nu-
minisque cultui inter monachos manci-
pavit.

12. Feb. VITÆ SANCTORUM. 109
payit. In hâc quoque virtutis scholâ tam
profecit A N T O N I U S , ut in suam
deinde sententiam mundique contem-
tum etiam parentem pelleixerit. Et vi-
disses tunc grandævum parentem sub fi-
lli disciplinâ adolescere , vitæ rationem à
filio discere , jamque in filio parentem
agnoscere. Sed hoc quoque mortuo A N-
T O N I U S in hereditatem miseros evo-
cavit. At cùm in tot heredes non suffice-
ret illa , ingentem auri vim Angelus au-
ctarium adjecit. Plura deinde. Episcopa-
tus Constantinopolitanus suggestit , ut
infula jam non tam A N T O N I U M
quàm miseros tegeret. A morte mulie-
rem , quæ crus fregerat , ut funus comi-
tari posset , in pedes erexit , & ut hære-
des suos neque mortuus videretur ne-
glexisse , crescere , quæ tunc erogabatur ,
inter manus stipem fecit. Odor denique
mirus etiam in cadavere virtutem lauda-
vit. Ex Niceph. apud Sur.

Esto homo , esto & Dei sacrificium &
sacerdos : induere sanctitatis stolam , præ-
cingere baltheum castitatis , sit in vela-
mento capitis tui Christus , crux in frontis
minimine : in odorem thymiana oratio-
nis semper accende , altare cor tuum pone.
S. Pet. Chrys. ser. 108.

S. JU-